HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 66v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Possumus regem apud hereticos dicere. qui primus heresim repperit.
et principes eos qui prepositi hereticorū pplis falsum sibi sacerdo
tiū uendicant. Et simul notandū. qd in peccatis nr̄is gaudeant
contrarie fortitudines. et rectores ac principes tenebrarū harum.
Om̄s adulterantes. quasi clibanus succensus á coquente. qui euit
paululū ciuitas á conmixtione fermenti. donec fermentaret̄ totū.
Lxx. Om̄s adulterantes quasi clibanus ad coquendū. ardens. in deus
tione flamme a conmixtione fermenti. donec fermentaret̄ totū.
Qui in malicia sua letificauerunt regē. et in mendaciis suis principes
om̄s adulteri sunt. et instar clibani ab hieroboā ydolatrie igne suc
censi. ut panē coquerent impietatis. Qui cū erroris animas eorum
misissent incendiū. quasi clibanus et caminus. primo igne succensus.
paululum conquieuit. ut n̄ uim faceret pplō. sed sue cū dimitteret uoluntati.
donec fermentaret̄ om̄e mendaciū. Quicqd enī necessitate fit. cito
soluit̄. qd uoluntate arripim̄. pseuerat. Ido et hic q̄ translationē
á clibano sumpserat. q̄ ad coquendos panes succendit̄ seruat in reli
quis. ut in conmixtione fermenti. toti pplī monstret adsensum.
quo scilicet et rex et pplis pari in ydolatrie ardore corruerē. Hereticorū
corda diaboli igne succensa. ut in eis panis coquat̄ antixpi. nemo
ambigit. Idcirco primū que sunt in eccla. et locunt̄ occulte. et om̄a
pacificare pmittunt. ut cancer paulatī serpit in pplōs. et cū fer
mentū doctrine eorū. qd et dn̄s intelligens loquit̄. cauete á fer
mento phariseorū. cū intumuerit cordib̄ deceptorū. tunc in apertā
prumpunt insaniā. et implet̄ in eis qd á iohe aplō dicit̄. Ex nobis
exierunt. sed non fuerunt ex nobis. Si enī fuissent ex nobis. mansis
sent utiq; nobiscū. Dies regis nr̄i ceperunt principes furere á uino.
extendit manū suā cū inlusoribus. quia applicuerunt quasi cliba
nū cor suū cū insidiaret̄ eis. Tota nocte dormiuit coquens eos ma
ne ipse succensus quasi ignis flamme. Om̄s calefacti sunt quasi cli
banus. et deuorauerunt iudices suos. Om̄s reges eorū ceciderunt. n̄ est
qui clamet ad me. Lxx. Dies regū ur̄orum ceperunt principes fure
re á uino. extendit manū suā cū pestilentib̄. quia succensa sunt q̄si
clibanus corda eorū. cū p̄cipitarent̄. Tota nocte somno isrl̄ repletus
est. Mane factū est. incensus est isrl̄. quasi ignis flamme. Om̄s calefacti
sunt quasi clibanus. et comederunt principes suos. Om̄s reges curā
ceciderunt. non est in eis. qui inuocet me. Obscurus locus et ad tento
lectoris sensui indigens. ut primū hystoriā cognoscamus. Pau